

VI-35 EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

VI-35.

SIGNAT. MDCCCXIII.

70

ΕΥΦΗΜΙΑΙ,

HONORI PIETATIS,
 MODESTIAE NEC NON
 ERVDITIONIS LAVDE SPECTATI IUVENIS
 DN. HENRICI PAXMANI HANNOVERANI,
 in illustri Academia Iulia, Decano
 viro spectabili & clariss. Dn: M. Henrico Meibomio,
 Poëseos & Historiarum Professore publ:
 Magisterij titulo,
 Pridie Idus Maias or-
 nati dicatæ.



HELMSTADII
 Excudebat Iacobus Lucius. Anno
 M. D. LXX XVIII.

79





Ἠλόθι οἰχέσθω Φαῦλ^Θ, κακόεργός τε ἀνὴρ,
τηλόθι οἰχέσθω πᾶς ὁ ἀπρακτ^Θ ἑών.
ταῖς μὲν ἀσπιδαίοις μένοις τόπ^Θ ἔστιν ἀληθῶς
οἷς μάθειν τέχνας ἐστὶ μέμηλε καλὰς.
χαίρετ' Ἰαλιάδες μέσση, μέγα χαίρετε πάντες
μυσάων ἑταροὶ χαίρετε νυκὶ πίνοι!

ὑμεῖς γὰρ περπαροῖσιν ἀλήθινα τήμια θεοῖε
τῶν περσίδων, πᾶσιν κύδεα δίδασθε βροτοῖς.
ὑμεῖς ἐν ἡλικίᾳ ποιῆσθε τὸν ἀνδρᾶ εὐόντα
ἐν κεφαλῇ φοῖβος ἑμμά θεοῖο φέρων.
χαίρετε ἀσπιδαῖοι σὺν ἐμοί, μέγα χαίρετε ἑσθλοὶ
ἀλλ' ὑμεῖς Φαῦλοι τηλόθι ἔστε ἐμῶ.
ἐν ἡμῶν γὰρ ὀφέλλει ὀλύμπι^Θ ἐγγραλίξαι
παμμεδέων ὑμῖν δῶμαθ' ὑπερτατ' ἔχων.
ἔδδ' ἐκλυτὴ ὑμᾶς φιλέει δρετὴ μὲν ἀέργυρος
οἴγε ἔπειθ' αἰχρῆ τῆ κακότητι αἰεί.
ἀλλὰ λέγω τέττας, δρετὴ ταῖς ἐστὶ μέμηλε
κυδάλιμ^Θ, τέχνας καὶ ἀγαπῶσι καλὰς.
τέττον δὲ λέγομαι, φιλέονθ' ἰδρωῖτα πόνοντε
πρὸς μαθόντ' ἔξω πολλά τε οἴκοι ἅμα.
χαίρετε ἀσπιδαῖοι, πιστῶν τε λάθεος μεριμνῶν,
χαίρετε, καὶ περσίδων ἀξία δέχθε γέρας.
ὡς ποτ' ἐγὼ ἰδόμενον λαμπρὸν φά^Θ ἡελίοιο
ὅτι' ἀσαφῆς πάντως ὤχετο ἡ νεφέλη;
ὡς ποτ' ἐγὼ μήνης τηλαυγέ^Θ ὄμμασιν αἰγλίω
ἐλύμπιο ὄλωσ λαμπετίων^Θ ἴδον.
ἡὼς δὲ ἴππελλει ὅτ' ὤχετο νυξ ἑρεβεννῆ
ἔρχεται αἰθρῆ, οἴχεται ὅτιε νεφ^Θ.
σφόν γέρας ἐν ἄλλοις λάβε νυκὶ Παξμᾶν^Θ ἅπασιν
συμμιχθεὶς χάριτας ταῖς φιλέεσι καλὰς.

ἔξοχα

ἔξοχα γὰρ πολλῶν ἀσπασίας ἔτ' ἀρίστων
 τεχνῶν, καὶ Φοῖβος ἀγλαὸν ἐστὶ τέκνον.
 ἀγλαὸν ἐστὶ τέκνον Φοῖβος, καὶ Μῆσση ἔδωκεν
 ἑλμανέων γνῶναι πάντα τὰ τῆς σοφίας.
 τῆνεκα νῦν παύτων κοσμητορέεσσιν ἀγαυοῖς
 Φίλιππον, ἀγλασυνῆς καὶ Φίλιππον ἐστὶν ὀπί.
 πατρίδα Παξμάνος ἀγροῖ τίς ἐν ἡ μὲν ἐτέχθη,
 τίς ἄρ' αὖτε ἀγροῖ τε καλλιῦ.
 Γελφιαδῶν πόλεων ποτε ἔ' ἀντάξι' ἄλλων
 Ἀννοβερὴ τέτρω ἡ πατρίς ἐστὶ εὖς.
 Ἀννοβερὴ πατρίς ἐστὶ πόλις μικρὴ πῶς εἶσα
 κύδιμον ἀλλ' ἔμπευ ἄστυ πέλει τε κλυτὴν.
 Πάμπ' ἔλω ὁ γέρον Ἐρρίκος ὡς ἔνομα ὅστις
 εὐσεβίῳ καθαρῆς περήξει ἄσκησιν αἰεὶ.
 πῶς γὰρ κήρυξε θεῶν καὶ δειρὸν ἀληθῶς
 ῥήματα ἐράνιον δειξέμεν ἄστυ ὁδόν.
 τέτρω ἔησαν εἰς παῖδες καὶ τέσσαρες υἱοῖς
 τῶν γεραρῶ πάντως πατρὶ ὁμοιοὶ εἶν.
 ἔσκε μὲν πρῶτον γὰρ ἀοιδίμ' Ἐρρίκος ἀνὴρ
 σώφροσι ὅς γινώσκῃ τοῖς πολλέεσσιν βροτοῖς.
 χρύσει' Ἀριστέλης νεότητι τὰ πολλὰ δίδαξε
 μνήματα, καὶ βίβλος κλειτὴ Φίλιππου πατρός.
 ναὸν ὅπως Μῆσσης αἰδοίαις ἀγλαὸς ἦρας
 Μαρχιάδ' ἄλλων κτίσῃ χάρεσσιν Φίλιππος.
 Δεύτερον Ἐννίγγοσ τῶν ἐν ἄστυ Λειγνικίῃ
 τῶν θελερῶ πῶς καλὰ δίδαξε νέεσσιν.
 ὅσῳ εἶν μεσσῶν ὑποφῆτης ἔξοχ' ἀρίστων
 ἔ' ἀπὸ ζυγῶν τῶν θανάτιο Φυγῆν.
 ἀλλ' ἔαρ' τὰ φύει πολυαῖτε, ὡς ῥόδα ὄρη,
 ἔ' ἀπὸν θελερῶ, αἴκα δ' ἀχειρόετα.

τῶς θε-



Τὼς θαλερῆς ἔτ' νεότητ' ἐπ' ἔδλῳ ΕΝΙΓΓΟΣ
 τῶν μεγάλη γονέων κάτθανε ἐλπίς εἰῶν.
 ΕῤῚΚΟΥ γενετῆρ ὁ ἐνοικ' τῆ πολιέδρῃ
 Ἀνοθερῆς ἀγαθὸς σύγγρονός ἐστ' τρίτ'.
 ὕψι ΓΕΡΡΑΡΔΟΣ πέλθ' ὅσγα τέταρτ' ἀδελφὸς
 τῶ ἐνὶ καλλίσῳ δώματι πατρὸς εἰῶν.
 ῥῆμα ἐκεί ζηνὸς κηρύσων ὀβριμοεργῶ
 δεικνυσι ἔρῶνιον τοῖσι βροπέσι ὀδλόν,
 εἰροπέκων τ' ὀίῶν ὡς κήδετα εἰδλὸς ὁ πιμιλῶ,
 τῶν ψυχῶν πιστὸς τὼς μελεδωνὸς ἔφυ.
 αὐτῇ μὲν γρηῆ Παξμάνων ἐστ' Φερίση,
 αὐτῇ ΕῤῚΚΟΥ εὐκλιμδῆ τε πατρίσι.
 τῆνεκ' ἐπεὶ ὁ πεκῆας ἔχθ' Παξμάν' ἀρίστῃ
 καὶ κάλλιστ' εἰς ἔργα μέμηλε ἔφυ.
 λαμβάνθ' ἰδρῶτ' νυῶ ἔργων λαμβάνθ' εἰδλῶν
 μιῶν καὶ ἄθλον τ' ἄξιον ἠδὲ κλυτόν.
 τῶγε σοφῶν πάντων Μειδῶμι, σὸν ἐλάχιστ'
 σῆμα νέον πολλῶν νυῶ δίδωσι πόνων.
 χαίρετε ἔν πάντες χθονὶ ἐν πατρῶν εἰόντες,
 χαίρετε Παξμάνε συγγρηῆσ τε πάνυ.
 Φίλτατ' Ἰωάννη Παξμάνε, σὸ χαῖρέ τε εἰδλῶν
 εἴνεκα τῶν τεχνῶν Φείδεο μὴ δαπανῶν.
 τῆς σοφίας πάσης καὶ τεχνῶν χριστὸς Ἰησῆς
 ἄρχων, τῶ ὑἱῶ αἰε πάρησι τῶ.
 ὄφρα θεοῖο λόγον λαοσῶον ἀμφαπαῖσι
 καὶ μίμνη ὑιεύς ἀθανάπιο πατρός.
 ὅτ' ἂν περάξῃ αἰε: ἄχ' ἔ χωρίσθ' ὀμίλῃ
 ἐκλέκτων πάντων καλλίμῃ εὐσεβέων.

M. Henricus Papæburgerus academiae
 Iuliae Professor.

A L I V D.



Iuitias alij quærunt, fuluumq; metallum,
Vtq; sit argento plena crumena student.
In vanis alij rebus venantur honores:
Et cupiunt forti scepra tenere manu.
Sed melior Paxmanne tuæ sententia menti
Insidet: in casto pectore feruet amor.
Feruēt amor sanctus sanctæ virtutis, & ardor
Doctrinæ, ingenium prodit, amice, tuum.

Non te currentem assiduè via longa moratur,
Non tardat celeres horrida spina pedes.
Non te luxuriæ captant contagia: nec te
Abstrahere à Musis fœda libido potest.
Difficiles alacri sed vincis mente labores,
Ingenuusq; viæ tædia vincit amor.
Et pede felici iam tangis culmina montis,
Præmia qui tanto digna labore dabit.
Hic, quæ te à teneris aluerunt lacte, Camænæ
Ornabunt doctum fronde virente caput.
Ipse pater Phœbus cinget tua tempora lauro,
In mundo vt viuas post tua fata diu.
Namque viret veluti laurus, nec frondis honores
Abijcit: æternus sic tibi stabit honor.
Hanc tibi mercedem primam dat Apollo laborum:
Alteram &, vt spes est, mox dabit alma Themis.

M. Heizo Buscherus, Hannoveranus.

A L I V D.



Horrida spina rosas solet vt firmare nitentes,
Atque apis vt stimulo dulcia mella tegit:
Sic honor est nullus, nisi qui sudore paratur,
Et iuuat ipse labor sæpè laboriferos.

A 3

Ac do-

82

Ac doctis est suaue viris meminisse dolorum,
Quos laudis causa sustinuere diu.
Exhaustas curas iucundo tempus honore
Delet, fert studijs præmia digna sequens.
Es fœlix igitur cui doctas noscere Musas
Contigit, ac harum semper amore frui.
Non te Henrice labor, non horrida forma Magistri
Terruit à Musis quæ placuere tibi.
Dulce fuit nocturnis impallescere chartis,
Atque artes vigili voluere mente bonas.
Hinc tibi fragranti nectunt ex flore coronam
Musæ, quò vigeat nomen vbique tuum.
Et te dignantur titulo exornare Magistri:
Vt te promeritum sic super astra ferant.
Vnde reor totum si pones tempus in arte,
Principio vt finis sit benè conueniens.
Coniunctas Musas tecum socialia sacra
Facturas, vt sis prorsus honore scatens.
Et mihi si similes dant annos viuere fata
Ex votis veniat, plus tibi laudis agam.

M. Christophorus Barbarossa, Hadelensis.

A L I V D.

Dæmia virtutis nunc iusta capessis amice,
Inclyta quæ virtus distribuisse solet.
Namque tibi Musis, quas es veneratus, amænis
Floribus ornatè picta corona datur.
Quòd libros vigili voluisti mente sophorum,
Quod virtute nites, quod pietate viges.
Inde Magisterij tibi decernuntur honores,
Inde inter doctos annumerare viros.

Gratulor

Gratulor idcirco tibi mi Paxmanne Magister,
Atque nouo merito lætor honore tuo.
Cynthius, & Musæ, Dryades, Satyrique petulci
Sic pergant cœptis ritè fauere tuis.
Vt possis quòdam patrios ornare penates,
Et patru clari nomina ferre tui.

Georgius VVedekindus, Hannoveranus.

A L I V D.

DUlcia qui nimium sectatur munera Bachi,
Et mentem cuius fœda Cupido fouet.
Roditur hic curis tandem, vt rubigine ferrum,
Contemptusque iacet tristia multa ferens.
At quem non stimulat citò deperitura Voluptas,
Pocula nec cogunt, gaudia grata malis.

Impiger ast animo voluit monumenta sophorum
Sollicito, tolerans triste laboris onus.
Splendida huic certò promittit præmia Phœbus,
Præmia difficili digna labore suo.
Non sentit pectus curis mordacibus ictum,
Ast habet ex studijs gaudia læta suis.
Hunc Musæ semper summis virtutibus ornant,
Illius vt maneat nescia fama mori.
Ac rectè: quorum veluti sua damna sequuntur:
Ociã, sic virtus præmia digna capit.
Quis neget ad culmen virtutis honesta secutum,
Paxmanum celeri se posuisse gradu?
Ergo tibi meritò Paxmane parantur honores,
Quos labor & mores conmeruere tui.
Qui precor vt spectent patriam spectentque parentes,
Vt crescat per te gloria multa tuis.

A 4

Sic Hen-

Sic Henrice tuum nomen sic gloria crescet,
Crescet, & æternum clare amittine, Vale.

Nicolaus Barchmannus, Borchvuedelensis.

A L I V D.

V

Ere nouo superant reliquos vt lilia campi
Flores, & vario tincta colore nitent.
Sic virtutis opus splendet; sic præmia poscit,
Præmia quæ rebus sint modo digna suis.
Contigit at nulli virtus nisi parta labore,
Segnibus haud confert lucida signa Deus.

Non nisi magnanimus summa cum iaude triumphat,
Horrida quem Martis nulla pericla fouent.

Hæc quia tu nosti, P A X M A N E, impendere curas,
Visus es, haud studijs te puduitq; tuis.

Vnde tibi meritò dantur nunc præmia laudis,
Quæ labor, & curæ promeruere graues.

Sis igitur lætus, cedant tristissima quæque,
Cincta Magisterij tempora fronde gerens.

Pergito, quæso, tua quò te vocat indole virtus,
Pergito, nec frontem triste fatiget onus.

Est labor in studijs, amor est, & summa voluptas,
Sed minor est acri laudis amore labor.

Quod superest H E N R I C E tibi nunc lætus honorem
Gratulor, & cœptis prospera cuncta tuis.

Det precor Altitonans summi Moderator Olympi,
Verus vt æterno tempore crescat honor.

Henningus Brandis, Hildesheimus.

A L I.

A L I V D.

A Spice post tristes pluuias, glaciemq; rigen-
tem,

Sol nitidus radios spargit ab axe suos.

Et volucres tangunt concentibus aera blâdis,

Fundit iucundos & philomela sonos.

Antiquosque lares peregrina reuisit hirundo,

Vt propria pulchram construat arte domum.

Nunc Paxmanne tibi iuuenilia corda virescunt,

Affectusque vigent cum probitate boni.

Forſitan hæc tibi læta placent modo tempora veris,

Frondebis argutæ dum ſociantur aues?

Dum iuuat in viridi conſcribere carmina Phœbo,

Dum floret lætis terra benigna roſis.

ſcilicet illud erit: placeant tibi tempora veris,

Concedo, ſed non diſſimulare queo.

Ergo age, perge libens quo te vocat inçlyta VIRTUS,

Atq; Magiſteri nomina magna pete.

Sic tibi ſemper honos, fuluo & pretioſior auro

Semper erit VIRTUS, ingenijque vigor.

Adiungent ſeſe Comites Heliconis alumnae,

Neçtentes placidè laurea ſerta tibi.

Et quoniam creſcens poſcit ſua munera VIRTUS,

Illa tibi foelix IVLIA noſtra dabit.

Et quæ præterea ſplendent redimicula collo,

Ornabunt doctum ſplendida dona caput.

Nunc igitur pergas ſectari caſtra ſororum,

Et te poſteritas omnis in ore feret.

Et quo-

Et quoq; Pegaseos pergas haurire liquores,
Quos facili præbet dulcis Apollo manu.
Hinc tibi verus honos surget, tibi gloria surget,
GLORIA supremos non subitura rogos.
Diuitiæ pereunt, perit omnis GLORIA mundi,
QVAE VENIT EX MVNIS GLORIA SOLA MA-
Inunc & famam studijs molire perennem, (NET.
Et sacra Pegasei numina fontis ama.
Effectus causam, studium sacra dona sequuntur,
Exornat doctum quando tiara caput.

Vilhelmus Bokelius, Cellensis.

A L I V D.

NAuigat omnis amans doctarum castra sororū,
Crede mihi, Aoniæ nauigat artis amans.
Sūt studia vnda: tumens horrēdis fluctib. vnda,
Vnda fremens, multis vnda referta malis.
Assiduis labor est ardensq; industria naus:
Si quæris remos quos ea naus habet?
Sunt fortuna fauens, clarorum scripta virorum,
Et quæ remigium hoc cunq; iuuare queunt.
Vela ratis gerit hæc, Rationis lumen, acumen
Mentis, & ingenium, iudiciūq; sagax.
Nauita nauigium sanctè, pater ipse gubernat
Vela tenens propriâ doctus Apollo manu.
Stat media in naui iuuenis qui montis ad alta
Culmina Pieriæ per mare tendit iter.

Sed

Sed prius horrendis iactatus fluctibus, vndas
 Dum secat assiduus, multa pericula subit.
 Nunc fugit æquoreos scopulos & squalida monstra,
 Nunc nimbos, frigus nunc Boreale timet.
 Hinc vbi Thespiadum foecundos appulit hortos,
 Et saluo tetigit littora sacra pede.
 Tunc exhaustorum fert præmia digna laborum,
 Præmia non vllis disperitura rogis.
 Tuq; Henrice tuam duxisti ad littora Cymbam:
 Musarum in porta nunc tua vela volant.
 Ecce nouem cultæ nectunt mira arte puellæ
 Pierios flores, & tibi ferta ferunt.
 Hinc modò pro duro veniunt tibi dona labore,
 Hinc tibi dignus honor, gratia, nomen, opes.
 Perge igitur, castas casto cole pectore Musas,
 Sic maiora tibi cultus Apollo dabit.

Georgius Buscherus, Hannoueranus.

ALIUD.

N Ec te pœniteat duros subiisse labores
 Frater, dum studij dona petita capis.
 Dona petita capis, tibi debita præmia soluunt
 Musæ, sunt nullo quæ peritura die.
 Quando Magisterij tibi confert ferta Decanus
 Florida, quæ studij sunt modo signa tui.

Gratu-

23

Gratulor ergò tibi Frater, gratantur amici,
Te semper sacrum numen ab axe beet.
Viue diu felix multos in Nestoris annos,
Atque tuis promptus commoda cuncta feras.

Melchior Paxmannus Hannou-
ranus, Frat : Gratulationis
ergò F.



ULB Halle

3

001 853 031




Sb.


Barcode hängt a.

1. Angeb. Stück, da 1. Stück nicht i. Bd.

Stk. 6a nicht erf., da
Hand schrift

12a unvollst., nicht
erfaßt






B.I.G.

Farbkarte #13

ΕΥΦΗΜΙΑΙ,

HONORI PIETATIS, MODESTIAE NEC NON ERVDITIONIS LAVDE SPECTATI IUVENIS DN. HENRICI PAXMANI HANNOUERANI, in illustri Academia Iulia, Decano viro spectabili & clariss. Dn: M. Henrico Meibomio, Poëseos & Historiarum Professore publ: Magisterij titulo, Pridie Idus Maias ornati dicatæ.



HELMSTADII
Excudebat Iacobus Lucius. Anno
M. D. LXX XVIII.

20

20

